

(R. 2)
ORATIO

PRO SOLEMNI STUDIORUM INAUGURATIONE

in Reg. Ov. Univ.

CORAM EJUSDEM CLARISSIMIS

RECTORE, DOCTORIBUS ET MAGISTRIS

DIXITA


A D. D. D. VICTORE DIAZ AB ORDOÑEZ,

JURIS UTRIUSQUE PROFESSORE,

HUJUS MUNICIPII DECURIONE PERPETUO,

ET ACADEMIÆ ORATORIÆ MODERATORE.

XV. KAL. NOV. ANN. DNI. MDCCCLXXXIII.



*OVETI.
APUT TIP. DE PEDREGAL ET C.*

Clara est , et que nunquam marcescit sapientia , et facile
videtur ab his , qui diligunt eam , et invenitur ab his , qui
querunt illam.

CAP. VI. ¶. XIII. LIB. SAP.

E porque de los omes sábios , los omes , é las tierras , é los
reinos , se aprovechan , é se guardan , é se guian por el con-
sejo dellos.

D. Alonso el Sabio en el principio del tlt. 31 part. 2.^a



Egregiam suam, præstantemque naturam
homo pernoscens, nullo prorsus studio ,
quam sapientiæ amore afficeretur. Hoc recte
utens, optimum teneret bonum , et unum
quidem ante omnia hominibus quam maxi-
mi faciendum.

Et certè , persapiens, et gravissime or-
do , lectissima frequentia , divitiæ , magis-
tratus , mundi inanis æstimatio , quid plu-
ra? Solium denique ipsum , amplitudine
splendore , et regia majestate circumdatum,
sapientiæ fatentur excellentiam. Omnia ,
omnia , inquam , sapientiæ cedunt.

En igitur , scientiarum studiosi , præ-
clarum munus quod sum obiturus. In sa-
pientiæ studio vos confirmare , amorem
anima in vestra incidere dignissimum ,
sapientiæ , scientiarumque bona quamma-

xima ostendens: en orationis meæ scopum.

Planè equidem fateor , rei præstantiam , audientium eruditionem , et litterarum, qua flagratis aviditatem , alium possere oratorem : alium sanè poscere , doctrinæ participem illius , quæ , Romanorum Lyrici sententia , est recte scribendi fons : quique laude efferat digna sapientiam , et hujus Doctorum ordinis votis respondeat : præsertim , hoc ipso loco , auditis olim tanta eloquentia , doctrinaque orationibus , ut se extollere sapientia videretur. Planè equidem fateor , vos , adolescentes præclarí , dulcis teneraque patriæ spes , vos enim , qui tristi usu edocti , scientias Lycæis esse discendas , anno ab hinc , ad hæc Gymnasia . lætissimi confluxistis properantes : quique ad pensa honestissima vestra , justo infandoque pressi , quo cuneti obruiimur , mœrore , carissimi Regis nostri , fato invidio à nobis arnepti , die revertitis hodierno , vocem exoptare , quæ amorem sapientiæ , quo jam devincimini , fortiter , ornate , et eloquenter diceatis , fulgeat , augeatque Aitamen cum mihi sapientiam laudare

obtigerit , sub scientiis , quæ hoc edocentur Athenæo , vobis adstantibus offeram , quod , cum à meæ vitæ ratione , partim alienum sit , benignissima ideo dignus sum venia : attendite quæso.

Una sapientia stabilis est , et diurna. *Clara est , et quæ nunquam marcescit sapientia.* Ea , rationem , hanc hominis dotem , exposit , præstantioremque efficit : ea , sapientem ab stulto clarius secernit , quam homines à cæteris differunt animalibus. Per doctrinam enim omnia subigit homo , naturam usque ipsam ; attamen si illius esset expers , naturâ superaretur , ipsisque vinclis , quibuscum eam ditione teneret , teneretur : in belluam reddit , quia bonum ei datum nec noscit , ut sapiens belle dixit Alfonsus rex (1).

Enimvero , quam multa sapientia offert bona , fundens liberaliter in hominum societate ejus munera. Eum cæteros regentem , rectura est. *Diligite lumen sapientiæ omnes , qui præstis populis.* (2)

(1) L. 16. tit. 5. part. 2. (2) Cap. 6. ¶. 23. lib. sap.

Suum ipsius imperium colit persapiens rex. Nec nescit, quamvis ejus auctoritas supra cæteros eum effert homines, se iustitia et ratione superari. Nec nescit, ut Neroni ajebat Seneca, rempublicam non penes eum esse, sed eum penes rempublicam: et dum sapientia ad solium sedeat, imperii lora regat, et consilia afferat sceptra gerenti, ejus subditos fortunatos esse futuros; sed cum sapientiæ lux solio non explendeat, stultiæ mala esse subituros. Quapropter, Castellæ dixit sapiens rex, (1) eum quem regalis purpura tegit, sua discere officia debere, quòd augusta, perdifficilia attamen ejus munera expleri non possunt, si sapientia, mentique alta caret, quia divinis scriptum invenit litteris. (2) *Si ergo delectamini sedibus et sceptris, o reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis.*

Doctus enim civis, supremi originem imperii, et vincula, queis cum eo connectitur, agnoscit, coram fulgenti genuflectit

(1) Dict. L. 16. tit. 5. part. 2. (2) Cap. 6. ¶. 22. sap.

throno, in eoque, Dei nomine regna tenetem prospicit: leges colit, quòd sunt sapientiæ æternæ speculum, et magistratus eum gobernantes, propugnatores sunt, qui olim vitæ, juriūque ejus rationem reddent. Idcirco, non potest quin felix sit populus sapiens. Omnia historiæ gentium hujus veritatis afférunt testimonia. Dum homines scientiis familiarissimè usi fuerunt, beatam egerunt vitam: at quot cladum experti sunt, ut se stultiæ dederunt? Eruptionem populorum esse propugnaculum, apertissimè constat. Quamobrem, legum latores, ut populos in pristinum reddirent splendorem, sapientiam quamprimum advocarunt, eique sedem in suis provinciis constituerunt, litteratorum numerum adaugendo, *Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum.* (1)

Sapienti in ejus vita privata studete, et eum fortunatissimam vitam agentem, conspicietis. Si mundus falax, ei, qua potentem colit, non præstat observantiam, eam negligit, noscens, vanum, atque mentitum

(1) Cap. 6. ¶. 26 Lib. Sap.

esse cultum , potentiae non homini tributum. Cum aliquoties innotum se intelligit, et anxiū , forsitan stultitiae petitione, (quia lux, tenebraeque , ubi in gratiam reddire poterunt?) Sapientia enim sui compescit animi luctus, et in rebus afflictis , quae cæteros frangunt, miserisque reddunt, adstat impavidus , ut vetus ilex turbinis impetum immanis . prævalida ferens, diruentibus simul ventis teneras plantas. Sive, ut, Lacii quod vates de heroe cecinit , de sapienti dicam.

Ac veluti annosam valido cum robore querum Alpini Boreæ , nunc hinc , nunc flatibus illinc , Eruere inter se certant: id stridor , et alte Consternant terram concusso stipite frondes ; Ipsa hæret scopolis, et quantum vertice ad auras Æthereas , tantum radice in Tartara tendit : Haud secus assiduis hinc adque hinc vocibus Heros Tunditur , et magnas persentit pectore curas , Mens immota manet.

VIRG. ÆN. 4.

In secreta secedens, voluptates fugiens, studioque omnino incumbens , oblectamen-

tum , animique laxationem in ejus pensis invenit.

Imaginem sapientis , quam vobis obtuli , ne infidelem judicetis. Corduvæ Sophus , (1) sapientiam possidentem , nihil exoptare , ait , quia communia habet : beneficia ei conferri nequire , nam quod non habeat nihil ei præstatur : sapientem nota inuri non posse , quia sapientia contumelia non afficitur. Romæ Orator , nihil exoptandum , nihil utilius , nihil præstantius , nihilque dignius hominis natura invenit , quam sapientia. Antiqui pro certo habuerunt , etiam in beatorum insulis , doctorum vitam præ ceteris esse feliciorem , quod naturæ arcana à beatitudinis sede pernoscerent. Denique in scriptura sacra invenimus , (2) magnum esse sapientiae regnum , ipsa valitudine pluris esse faciendum , ipsamet luce peroptandum , quoniam sapientiae lux inextinguibilis est : sapientem semi-Deum esse , et ab ejus labelis æternæ doctrinæ rivos fluere quam maximos.

(1) Seneca de const. sapient.

(2) Lib. sapient.



Quam eximia , juvenes , quam præstans est sapientia ! quod donum tam mirandum ! quæ tam cara possessio ! Qui sapientiæ amore naturâ homini insito non trahimur ? Calidum Ulixem in rupes tractum , ubi Sirenæ morantur , Homerus depingit , non modo melos , et vocis suæ dulcedine ; sed potius , quod in scopolis aliquantum insistentes , doctrinæ participes se facturas recipiebant.

Doctior ad patrias lapsus pervenerit oras.

Enimvero , vobis caram linquere patriam , nec dulcedines fugere , quas ipsa ostiæt , sapientiæ acquisitioni , ut quondam , non opus est nunc , nec spei fallacem amplitimiñ quoque . Ab antiquo domus scientiarum erectæ fuerunt , propter bona quamplurima , quæ reipublicæ affert doctrina . Si populi eam semper adainarunt , gens enim nostra , Thespia ñ decus immortale sororum , graves licet curas sub pectore versat , casto vos sinu doctæ erudit Minervæ . Dum scientiarum studium naturallum , et dem instructionis , artium quoque promovet , quibus iam quamplurima juven-

tus nostras incumbit , evehit etiam vos in scientiarum arboris jugum , vobis primum ostendens philosophiæ studium , et postea religionis , jurisque scientiam , quo , cives inter suos , habeat etiam veritatis cultores , vates Dei , Themidis quoque dignos .

En igitur , qua vestro in curriculo ducemini aperta via . (Siquidem huic Lycaeō , mea sum contracturus verba) Vobis scientiarum vastam adeuntibus provinciam , occurrit prima , quæ menti cogitationibusque nostris vires impertitur , quæ de origine corporum , abstractisque notionibus agit , naturam docet , mores denique dirigit nostros .

De philosophia dicere intelligitis jam , avidi literarum præclari , de scientia enim quæ una cum primo parente in lucem prodidit , quæ Caldeorum , Persarum , Ægyptiorum quoque in gente floruit : quæ Græcia docta , et sapienti Roma , fuit culta , quamplurimis sectis , scolisque suis , et quæ postea per Jesu religionem , labe omni expiata , humanæ sapientiæ pars est maxime præcipua . Rectè enim illius acquisitioni , pri-

mum incumbitis. Est ergo philosophia sapientiae amor ; et , quid proderit scientiis vacare , sapientiae priusquam teneamur amore ?

Philosophiæ igitur studio indulgete : illius enim ope res distinctè percipimus : animæ nostræ attributa, rerum universalitatem, reconditosque naturæ sinus cognoscimus. Ea , res , ut sunt , proponit, officiaque hominis in societate constituti edocet. Et certe, pernobiles Gymnastici , intellectus noster , corporum qualitates , hæc enim adspectabilis mundi machina, supremum principium , homo denique ipse : hæc omnia quamplurimaque alia suæ subjiciuntur distinctioni. Quot , ergo , quamque uberrimos parit fructus ! Cujus enim vitæ generi , ad quod sua trahat unumquemque voluntas , quammaximam non tribuat utilitatem , hæc , apud Tullium, vitæ magistra, virtutis fomes, vitiorum expultrix ? Hæc enim , quæ dissipatos homines in societate variis, arctissimisque foederibus junxit , quæque legum est inventrix , morum denique disciplinæque magistra ?

Et utinam , tribus confectis philosophiæ cursibus, superioribus hujus facultatis cognitionibus dare operam possetis. Utinam quoque , hoc in Athenæo , incumbere illi arti, quæ humano ægrotanti Apollineam adhibet opem , aliisque disciplinis, quæ gymanasiis felicioribus accuratissimè coluntur. Sed cum hoc assequi vobis non liceat, religionis, jurisque scientiæ , latissimum studium vestro offerunt intellectui.

Egregia prorsus , hominis dignissima facultas prima : Dei ergo scientia : Sacra igitur theologia, notio est supremi entis, hominisque simul : (nec enim nosmetipsos noscere possumus , ni primi principii cognitionem habeamus.)

Hominum communi agnita etiam fuit parenti : cum Deus eum alloqui est dignatus , cum divinarum , et immutabilium legum collectionem suo infixit corde , nostræque fidei veritates , præfinitæ rationis suæ vim fugientes, ut posteris ejus transmitteret , et cum denique modum offerendi cultum , beneficia impetrandi , iramque Dei sedandi docuit. Sed ad nostra tempora proximè

accedendo , ingratus obiit hominis animus , diis providentia destitutis , diis , qui revera nihil sunt , demissam venerationem tribuentis , cum coram ejus creatore genua flexurus esset : offerunt se quoque mala , quibus Dominus suum plexit crinem , stirpe in ejus delendo , una tantum libera familia justa : et populi , e omnibus carissimi , sacerorum custodis , et jam tunc ecclesiam nostram præseferentis , electio denique subit .

Evanescunt idcirco ejus ritus Mesiæ adventu , ut solis orti nubila fugiunt . Terrarum orbi , demissio , ingeniique ejus lenitas , assūptaque hominis forma , fidem omnino divinam enuntiant . Legatorum cœtus , Apostoli , Spiritus-Sancti cæleste donum accipiunt , omnemque cœli ignem flammeis linguis vehentes , Jesuchristi evangelium palam ostendunt : omnia pro doctrina loquuntur . Voce Mesiæ audita , idolorum altaria cadunt , permulta miracula divinitatem mittentis , ejusque omnipotentiam asserunt , martirum sanguis Christi filios in paganorum segetibus producit , coram Christi cruce affixi imagine , cuncti inflexo

genu cadunt : ecclesia instituitur .

Christianorum Deus eam suam vocavit sponsam , permansuram in æternum recipiens , inferorumque portæ adversus illam nunquam prævalebunt .

Hæc enim societas perfecta , cuius scopus hominem ad æternam beatitudinem est conferre , suos habet pastores , ab Spiritu-Sancto , ad regendam ecclesiam constitutos . Legislationis suæ hæc est summa . Integra dogmata , disciplinamque , sacrum fidei depositum , morum integritatem , cultusque splendorem servare : hæreticorum excogitationes patefacere , deistæ , atque athæsi sofismata repellere , et acriter adversari cum fidei priscis , sapientibusque apologistis , impietatis erroribus quotidiè instauratis , qui enim , uti ait sapiens quidam , sunt soni perpetuò percutientes ; hæc sunt præcipua ecclesiæ munera .

Theologiam profitens sacram , ad Dei ecclesiæ gubernaculum , vel ad solicitudinem pastorum impartiendam vocatur . Quot , quamque plurimæ ejus notiones de origine , progressu , et hujus religionis omnino di-

vinæ , statu , esse debent?

Ille enim , non modo fidei dogmata , revelationis ope , docerē , sed etiam veriloquium , et divinitatem Mosaicæ , et Christianæ legis , ipsa ratione demonstrare , et denique omne religionis ædificium debet custodire. Dominus dixit , (1) scientiæ inopem à sacerdotio se repulsurum.

Ut ergo sacrarum eruditio acquiratur , opere pretium est altissimum religionis studium. Biblia ergo sacra , vetustissimus omnium liber , cui sapientis nostri sententia , omnibus et semper est studendum : Apostolicae traditiones eum interpretantes , suplentesque , sinodorum decisiones , horum scilicet cœtuum , queis doctrinæ custodes , qui illam defenderent , et declararent , in unum convenerunt : SS. PP. prisci , recentesque , et sacra , et profana historia , antiquorum , recentiorumque sermonum cognitio , et denique humanarum quædam notitia litterarum : hæc sunt , qui sacrae vos Theologiæ datis , pensa vestra. Ecce , quod scientiæ

(1) Osee. iv. 6.

Dei , dignum reddit professorem. Labia ejus tunc scientiam custodient , æternumque sapere ab ejus ore fluet. Ecclesia decernens eum in consilio quæreret : per cœli semitam sapienter ducet spiritualis rector populi : verba ejus sapientiâ vivificata fideles non reliquent omni vento doctrinæ , virtutes , exemplumque suum , (sermo mutus eloquentissimus autem) , imitanda erunt à grege. Conscientiæ judex , ligandi , et solvendi potestatis solatia cordibus effundet ; divini verbi præco ab Spiritus-Sancti cathedra veritates populo enuntiabit æternas , augusti eloquentia ministerii digna : severè vitia increpabit , virtutis bona ostendet , studiumque ejus incensum , et evangelicum , Deum afficiet remuneratione cordium sonnum , anteà impiorum et inertium. Verum enimverò harum inops partium , Veh! Cæcus , et ejus cæcæ etiam oves , omnes in putum decident. (1)

Dignissima ergo hominis est Theologia: attamen nihil mirum , ait quidam veneran-

(1) Math. 15. 14.

dus Ecclesiæ princeps, cum Dei notio, istius scientiæ objectum sit : cum per divinam veritatem eam capiat, et cum ejus finis faustum sit hominem, sempiternumque reddere.

Licet autem jus canonicum à Theologia seculo duodecimo dissociatum, et cum juris civilis prudentia recens adunatum invenimus, nihil secius tanquam Theologiæ pars adhuc judicari potest.

Dum hac de immutatione sapientes queruntur, et de scissione duas in partes hujus rami arboris scientiarum, quin, an plus commodi quam damni ex hoc fuerit secutum, disserere audeant: dumque litteratorum ad pristini status restitutionem dirigantur suffragia, harum scientiarum primigena unio, novusque nexus, quo utraque ligatur jurisprudentia, ampliorem, venustamque sacram canonum facultatem efficit.

Utriusque enim juris cognatio, legum studium, ut Ecclesiæ capiantur statuta, necessarium facit. Idecirco, prima juris civilis traduntur elementa, quæ tanquam vestibulum, ut ad canonicanam scientiam perveniatis, proponuntur vobis, segregatis

postea à civilis prudentiæ cultoribus, instar rivi, qui, paucis ab origine dividitur, et in diversas partes fluit.

Quam latè hæc scientia pateat, haud vos fugit, sacrorum canonum Alumni. Vos, itaque, qui ejus acquisitioni incumbitis, philosophicè eam tenendam curate. Ad hoc enim, quamplurimis, quas theologus habet, opus est vobis notionibus; sed cum canonum studiosus, Ecclesiæ statutis potius dicetur, ideo ecclesiasticam in primis colet historiam.

Legislationis quæcumque cognitio a bejus historia separari nequit. A Christianorum incunabulis, à primis illis, faustisque temporibus, queis, fideles, ab Apostolis, virisque apostolicis, eorum doctrina, et virtutibus, ducebantur: cum alia, quam conscientiæ, non indigebant lege; ut, (si licet in sacris profanis exemplis uti,) rectè de illis dici posset, sine lege certa, sine jure certo vivere, uti olim de primis Romanis Pomponius dixit. (1) usque tempora nostra, quamplurimis legum ecclesiasticarum copilatio-

(1) L. 2. §. I. D. de orig. jur.

nibus adiecta, hujus scientiæ notioni, lux vobis obversatur nitidissima. Vicissitudinum Ecclesiæ notitia: ipsius status, tum florescens, cum labescens: ejus secula, vel viris doctis, sublimi scientia, virtuteque præstantibus, fulta, vel hebetia, vitioque irrupta: omnium ergo notitia, carere neutiquam potest, ut verus canonum spiritus agnoscatur. Erudiendi quoque estis fontibus, canonisive locis. SS. PP., sinodorum decisiones, supremæ Sedis oracula, necnon critice sacra, ut collectionum vim, æqua pensitatis lance, discenda enim à vobis est constantia assidua, si canonum periti vultis nominari. Qui ergo longo flumen dirigit cursu, si occultas illius nec noscit scatebras?

Sed vestris ne obliviscamini in vigiliis, ab Hispaniæ gente vos originem ducere: et ut clarius loquar, nostri juris ecclesiastici studio incumbite, ut patriæ, sicut par est, scientiæ vestræ tributum reddatis. Nationalia concilia, hi frequentes sumimique cœtus, in quorum haud paucos, Ecclesiæ et status vicemgerentes, sese, ut gravissima ambarum societatum negotia ordinarent, convene-

runt: concilia nationalia à celeberrimo Eliberitano usque ad recentiora diœcesana vel provincialia, concordata, quamplurimæ pragmaticæ, et regia statuta, juris pontificii partein etiam conficiunt.

Haud alienum à vestro scientiæ curriculo, prima legum nostrarum principia sapere. Si horum inscii essetis, vel sententiam ferre, vel ut pastores animarum mores regere possetis amabò, cum societatis cuius estis membra, leges, leges inquam, queis subditi vestri ducuntur, officiaque sua ut cives, regimenque omnino ignoratis?

Pergite, ergo, assidua cura, ut sacri juris eruditionem acquiratis. Hæc autem scientia, ad munera quædam theologis communia vos præparat. Ut sacris operetur necessario requiritur. *Nulli Sacerdotum*, ajebat Celestinus Papa Apuliæ, et Calabriæ Episcopis scribens, *nulli Sacerdotum licet sacros canones ignorare*. Idem et statuerunt Toleti concilii quarti PP.

Ita in scientia canonum edocti, potestatis, qua divini auctoris concessionē Ecclesia pollet, originem capietis. Intuemini

jurium ambarum potestatum confines , ut ab erroribus , qui ad facultates Ecclesiæ detrahendas petunt , eam tutam reddatis. Nec vos latebit mirabile sacerdotii , et imperii fœdus , adeò conjunctum , ut penè de altero actum sit , si alterum petatur. Hierarchia enim ecclesiastica , hic in gradus divisus ordo Ecclesiæ magistratum , auctoritas respectu singulorum , jura immunitatesque suæ. Hæc enim omnia , quamplurimaque sacri edocent canones.

His ergo disciplinis sacrarum digni presides eritis. Potestate , quam sponsæ suæ Deus concessit , fungentes , eam in rebus vestræ cognitionis recte exercebitis , ut judices decernentes , vel , coercitiva potestate , spiritu Ecclesiæ , punientes crimina , seu , quod parest , una cum Ecclesia filiorum pravos hominum mores pœnis corrigebitis vindicibus , et cum Ecclesia , quæ mater omnium est , lugentes , à selecto grege , in crimine pervicacem , et qui maternæ vocationi aures non præbuit , segregabitis , et postea , pro anteactæ vitæ emmendatione præces dirigite.

Incompto licet sermone , dignitatem , sacerorumque canonum amplitudinem dicendo sequerer; sed scientiarum præclarissima , quæ homines regit , pacemque status , et justitiam servat , jam nunc vocem exposcit meam.

De civili prudentia verba mitto , juvenes studiosi : de ea enim arte , quæ , juxta sapientis Alfonsi regis dictum , fons justitiae est , et quæ majorem hominibus impendit utilitatem , quam aliæ quæcumque :(1) de illa , quæ metaphorice ab ipso dicitur valuum , et sepimentum , quo prædium statūs circumdatur , atque defenditur. (2)

Et sané : quamplurimos hominum conventui utiles tribuit cives , ad omnesque eorum classes sua porrigit beneficia. Ab illo enim , cuius tempora lauro regia redimuntur , qui que solii superbo splendore circumvenitur , usque ad rusticum egentem , qui culmine cespite congesto pauperis tuguriī moratur , omnes hujus scientiæ commodi sunt participes. A primis ergo juris-consulti muneribus usque ad præclarissima

(1) L. 8. tit. 31. part. 2.

(2) L. 3. tit. 10. part. 2.

togæ officia dignitas ejus, excellentiaque invenitur.

En igitur legum custodes ad mores publicos, privatosque altius repetentes, errorem, atque iniquitatem à justitiæ sanctuario propulsando. En: vel de jure singularum consulti respondere, disceptationes dirigere, litigiaque civium, jura ipsorum agere: vel pro inope, pro vidua, et orbis tuitione egentibus, neconon amicis aliisque orantes. Quodcumque possidet, et maximi facit homo, eorum probitati, scientiæque commendat: vitam, nimirum de qua et innocentia, et publica certat vindicta: honorem, (hanc enim secundam carioremque vitam) rem denique familiarem suam. Horum tuitionem in se Advocatus suscipit, ab scientia sua, omnia spectantium.

Arduum, excelsumque judicis obeundo munus, eo usque licet, veram divinitatis invenietis imaginem.

Auctoritate valens, à templi Astreæ fastigio suam diffundit potestatem: suum cuique tribuendo, insonti, et derelicto subveniens, sceleratum puniendo, pravum in-

sequens, potentem coercens, omnia quietè, ordinatèque, et non sine gloria, et labore regendo.

Dicere jus, et lance pari componere lites,
Gloria non levis est, parta labore gravi.

AUREL. JANUAR. J. C. ELEG. I.^a

Integer ut ipsa lex, quam impartitur, et justitiæ oraculum, omnino huic obsequitur, nam coram ea omnes pares sunt, jusque vinculo conjunctissimo divitem, egenumque continet.

Jus fecit commune pares, et nomine eodem
Nexuit, et dominos fraterna in vincla rededit.

Prudent.

Jurisconsultum denique sublimioribus reipublicæ officiis incumbentem, et ad dexteram illius qui populum regit, videte. Tunc cives ejus per leges sapienter, justèque latas beatos facit, ipseque beatus fit, cum eas statuendi non simul sit expers.

Honorabilia equidem sunt, studiosi, sunt alta, sunt augusta jurisconsulti munera; attamem idcirco latiores ejus notiones, virtutesque eximiae esse debent.

Philosophiæ enim cognitio , qua omnes indigent scientiæ, apprimè legislationis studio necessaria. Sapientes , et philosophos jurisconsultos appellavit antiquitas : et quidem rectè , leges enim ad actum moralitatem philosophiæ redigunt. Ita Plato à philosophia jurisprudentiæ cultor evasit : et Cicero ita arctissimo hæc studia vinculo junxit , ut dubitari posset an potius in severa philosophia quam in juris præclara cognitione præcelleret.

Legum igitur scientia , hæc omnium arbor jurium , objectum studiorum est nostratum se legibus dicantium. Illa enim naturæ hominis officia edocet , edocetque jura gentium , jus quoquè nostrum , mutua queis ligantur vincla qui regunt , et qui obtemperant , et denique quidquid efficit legum dignum profitentem.

Sed vestro in arrepto jurisprudentiæ itinere universalis historia , *hæc vitæ magistra* , precipuum sibi vindicat locum , et maximè cognitio historica juris nostratis , legum prudenti valdè necessaria. Evidem jus ut nostrum mente capiatur quamplu-

rum sui historia indiget. Celeberrimi enim codices à Wisi-Gothorum legum corpore , usque ad recentiores , cum moribus , natura , sermone , et rerum , temporumque illorum statu valdè sunt ligati , et ideo si his carebitis cognitionibus è vestibulo legum nec transieritis.

Tunc ergo tanta imbuti litteratura , et virtute ad scientiæ exercitium necessaria , digni jurisconsulti salutabimini , quia *tres* enim vobis erunt *partes* , quas ab antiquo traditum est unicuique jurisperito inesse debere. Eritis ergo *in consilio cauti* , *in patrocinio fideles* , *in judicio justi*. Tunc habebitis id *salis* genus , quod judex habiturus est , *sal nimirum scientiæ* , *conscientiæque sal* , et in muneribus vestri eximii curricula ejus splendorem sine macula servabitis , ut vestris ne dictitetur diebus , quod tempore , cuius memoria juris luget prudentia , dictum invenimus , vos jurisprudentiam ddecorasse , et è matrona in meretricem vertisse ; sed contra ad maximum omnium scientiarum nobilissimæ nitorem totis viribus appetere , jurispru-

dentiæ obeundo attributa , quæ legum celeberrimus magister sic bellè cecinit.

Felix ars juris : felix hac arte peritus,
O felix , semperque omni memorandus in ævo.
Felici cursu lustra penetralia legum ,
Non nisi cordatis hæc adeunda viris :
Nobilis hæc , custos æquique bonique , facultas;
Res docet humanas , res docet ista sacras ;
Qua ratio victrix animis discordibus instat ,
Qua fas servatur , rejiciturque nefas ;
Et liber servit quisquis servire jubetur ,
Dulce ferens , quo nihil ipse gravatur ; onus
Hanc tu principiis solidis suscepereis artem
Non adhibenda quidem cura laborque levis .
Egregiè ornabis sublimi mente Senatum ,
Juraque tractabis splendidiore face ;
Et tanto sacrosancta Themis gaudebit alumno ,
Propugnatorem non habitura parem .

His enim disciplinis et religionis ad-
ditur studium , quo nostræ fidei perficitis
cognitiones , arinisque ad insanæ doctrinæ
argutias repellendas fidei nostræ egide ter-
gimini. Orationes , quæ ad persuadendum , et
ornatæ loquendum in magnis eloquentiæ

scænis adhibetur. Sermonis denique Græ-
ci , et Hebraici , quo tantoperè auctoritatis
scientiæ egent.

Et en tandem , ingeniosi juvenes ,
scientias , quibus incumbitis , conspectui , ves-
tro exhibitas. Inconcinna equidem oratione
super eis egi ; attamen vos ipsi sub sa-
pientibus magistris earum studio invigilan-
tes dignitate ipsarum , utilitatemque usu
nosketis.

Curriculo igitur vestro omnino vos
dedite : ab ineunte adolescentia sapientia
capimini : jam nunc assidua cura ejus ac-
quisitioni dicate. Si ergo infelici fato cito
pede labitur ætas blanditiis , et inertiae in-
dulgendo , heu ! ineficax pœnitentia erit se-
ra , sera. Ne vos à quam maxima scien-
tiarum amplitudine abhorreatis : omnibus
sunt partes suæ , et in singulis valde uti-
les potestis facere progressus.

Quidquid ardui , et laboris in scientiis
comparandis inveneritis , etiam sapientes
earum studio prius dediti invenerunt. Si
ergo ii , diligenti litterarum affectione , ope-
rosa superarunt , vos enim ipsis cincti ful-

30

gentibus armis ipsam etiam ferētis victoriā. Haud me latet exiguum istorum esse numerum ; sed ideò gloria erit clarissima vestra, si in eum fueritis inserti. *Da paucos,* ait vates famosus quidam ,

Da paucos, dabis egregios : rem copia vilem Reddit. Quod rarum est, id solet esse bonum: Est auro prætium quia non reperitur ubique, Tanti non esset, si jacuisset humi.

Illud enim in primis vestra maneat alta mente repostum , sapientiam ad corruptibus studiis affectum nunquam confugere. Munerum exercitatio vestrorum integros exigit mores.

Cui facile ingenium , cui sit custodia morum,
Cui constans recti sit bene cultus amor.

Pro nihilo summa habetur scientia , si honesta absit vita. *Erubescit quamvis præ-clara doctrina, quam propria reprehendit conscientia.* Omnes in veritatis investigatione vires conferte vestrás: eam invenietis , vobis assero. *Si enim veritas ait D. Agustinus,* (1) *si enim veritas non totis animi viribus*

(1) De morib. Eccles.

concupiscatur inveniri nullo modo potest.

Sed antè omnia à luminis patre auxilia precamini. Eximiæ enim animi dotes , et studiis affectio similes pingui sunt agro segeti parato , sèd sterilis si rore cælesti caret.

Sapientiæ , iterum dicam , vovemini. Nihili præ ea omnia faciatis. Sic enim vestra exposcit natura , exposcit et dilecta patria , cuius estis cara spes, quæque excelsa vobis munera parat , sollicitæque vestri curæ grati animi obtestatio.

Sapientium, qui ex hoc Lycæo scientias haurierunt , coram vestris oculis sistite exemplum. En nomen suum recens semper , ut si nobiscum vitam agerent. Vivax enim gloria illorum , quos è vivis ereptos litterarum respublica luget , nunc colitur, et ultra ævi fatique vices posteritas longinquierunt summis efferet laudibus.

Inclyti, egregiisque viri , humani generis , nostræ gentis , hujusque Academiæ decus et honor , memoria vestri nullo unquam delebitur die apud litterarum cupidos !

32

Certé inquam, studiosi juvenes , docti,
quos orbi hoc ipsum tribuit Athæneum , et
qui luce fruuntur , et qui lapide sub frigido
compositi jacent laude immortali per doc-
trinam crescunt. Illi enim vos vehementer
impellunt, quam maximis precibus obsecrant,
urgentque ut omnino scientiis incumbatis:
alii ab excelsorum munera fastigio , et
á mortuorum sedibus aliorum manes vene-
randi. Omnes una voce ita vos alloquuntur.
„Communium studiorum consortes , vos ,
„qui hujus sapientiæ templi adyta lustratis,
„qui in hæc gymnasia convenitis , queis
„curricula nostra confecimus , aurea vitæ
„vestræ tempora sapientiæ dicate , eaque ,
„ut nobis , fructus et vobis fundet quam
„maximos. Vitales carpsimus auras , et eis
„cari fuimus bonum qui noscunt , et cum
„diem obiimus supremum, istucque gratum
„attullimus gaudium nostros edocuisse fra-
„tres , nominaque nostra in oblivionem
„nunquam decedent.”

His vos agrediuntur dictis , illustres ca-
rissimique Alumni. Quid nunc? Vos eorum
vocem exaudiatis? Nunquid temporis punc-

33

to sapientia quin capiamini dubitatis?

Grata jam sapientiæ flamma , postre-
mo dicam , vestra teneat pectora. Omnem
vestrum laborem , omnem operam , curam,
studium in eam conferte , et Ecclesiæ, Sta-
tusque dulce decus eritis, et præsidium ,
eritis magnoperè humanæ genti utiles, vos-
que ipsos efficietis beatos : meque fortuna-
tissimum dicam, si hac inconcinna oratione
cordibus vestris sapientiæ amorem infiger-
fuerim adeptus.

Dixi.

